

**8339** . . . . . [mortuum] | inferendi in ea area humand. | sepeliundi ius potestasq. esto, | et huic areae, quam ego definii | et a fronte macerias duxi et titul. | posui, ultra eam aream et | maceriam in fronte in agro | versus late ped. X retro usque ad | canabetum huic areae cedet, in | qua pedatura neque humari neq. | tumulum fieri volo, ut habeat | ea area et a latere accessum | suum.

*Prope Paduam rep. (V 5072 pleraque vidit Mommsen).*

**8340** C. Aemilio | Inge[n]uo | aed. et [IIvir]o | iur. d[ic. e]t | Aemil[ia]e | Hippolyt[ae] matri (*hinc illinc fasces*). (*In latere ut videtur*) Vestibulum et | ambitus | monumenti a | bathro clatror. | intra loricam quae spectat in merid. | ad viam munitam | long. p. XXXII lat. p. LV | et a bathro clatror. | a parte dext. et sinist. | et a post.<sup>1</sup> omnium | angulor. IIII lat. p. | quinos denos. (*Eadem in altero latere sed versibus aliter distributis.*)

*Salonis (III 2072 vidit Mommsen). — 1) Postico.*

**8341** C. Hostius C. I. Pamphilus | medicus hoc monumentum | emit sibi et Nelpiae M. I. Hymnini | et liberteis et libertabus omnibus | posterisque eorum. | Haec est domus aeterna, hic est | fundus, heis sunt horti, hoc | est monumentum nostrum. | In fronte p. XIII, in agrum p. XXIII.

*Romae (I 4059. VI 9585 vidit Bormann).*

**8342** v. f.<sup>1</sup> | T. Vettius | T. I. Hermes | seplasiarius. | Mater genuit, | materq. recepiit (*sic*). | Hi horti ita uti o. m.<sup>2</sup> | que sunt, cineribus | servite meis. Nam cu|ratores substituam | uti vescantur ex ho|rurum hortorum redi|tu natale meo et per | rosam<sup>3</sup> in perpetuo. | Hos hortos neque di- | vidi volo neq. abalienari.

*Grazzani inter Asti et Casale (V 7434 cf. p. 4090 Pais suppl. Ital. 949 vidit ectypum). — 1) Cf. N. 8072 not. 4. — 2) Optini maximiue. — 3) Tempore rosae rosaliunq. (Momms.). Cf. infra N. 8366 seq.*

**8343** Cottia A. Cotti f. Galla | testamento fieri iussit | A. Cottio patri pro cos. | Hispaniae, et Pacullae matri, et | A. Cottio fratri, quaestori, aed. | plebi, et Memmiae Gallae aviae. | Huic monumento tutelae nomine | cedunt agri puri iugera decem et | taberna quae proxime eum locum est.

*Romae (VI 4596 cf. 51644 viderunt Smelius aliique).*

**8344** Fl. T. f. Phoebe viva fecit | sibi liberis libertabus|que posterisque eorum; in | cuius monimenti tutelam | dedit aedificium macerila clusum cum agro iugeri|bus duobus dextante semun|cia<sup>1</sup>, sicut terminis quoque | dispositis significat<sup>2</sup>.

*Praeneste (XIV 3340 vidi). — 1) Iugera 2<sup>7</sup>/<sub>8</sub> (2 + <sup>10</sup>/<sub>12</sub> + <sup>1</sup>/<sub>24</sub>). — 2) Significatur. — Ad idem sepulcrum spectant tituli XIV 3341—3343.*